



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. IV. De tertia clausula. Ad inhonesta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

QUÆRES V.

CAPUT IV.

De tertia Clausula

Ad in honesta.

493 An Confessarites sollicitans teneatur de-

nunciare seipsum?

R. Ep. non teneri. Leander cit. q. 42. Diana

par. i. tr. 4. ref. 8. quia nemo tenetur

prodere seipsum, ex cap. Aliquando de pœnis

dij. I. v. n. 605. & quilibet à denunciando

excusat, quando ex denunciatione proba-

biliter, & prudenter timet periculum.

propterea fama, vita, honoris, &c. quia precepta

humana non obligant cum gravi nocumen-

to. Leander cit. q. 44. Peyr. & alii apud ip-

sum.

QUÆRES VI.

494 An mulier sollicitans sit denuncianda

R. Ep. negativa, quia lex Confessarium,

non penitentem sollicitantem exprimit.

Hinc robatur resolutio n. 489. Imo mulie-

re denunciando, si ipsa contenterit, non tene-

tur suum manifestare confessum, quia ma-

taria denunciationis est felicitatio, seu actus

inhonestus Confessarii, minime mulieris,

seu penitentis. Constat ex Bulla Greg. n. 483.

Diana par. I. tr. 4. ref. 23. Bord. in man. con-

sult. scilicet. 25. n. 122.

CAPUT III.

De secunda Clausula

Personæ, quæcunque illæ sint.

495 Sub quibus terminis, ex proprietate
verborum, veniunt foeminae, &
mares, puellæ, & pueri rationis inexpertes;
solent enim ut adverterit Bord. cit. n. 19. pa-
lentes suis filios quinque, aut sex amorum
presentare Confessarii, ut illos ad hoc Sa-
cramentum paulatim allicitant; unde si tunc
Confessarius aliquem puerum, aut puellam
et ita sollicitet, est omnino denunciandus.

LXXXIII 3 cognoscat

496 N Omne in honesti veniunt solum
actus venerei. Unde Confessarii
solicitantes in confessione penitentes ad a-
lia crimina, putâ furti, homicidii, non sunt
denunciandi. Diana par. I. tr. 4. ref. 20. par.
4. tr. 5. ref. 17. & ex praxi DD. Inquis. idque
ex vi Bullæ Greg. Ex alio autem capite sunt
suspecti de heretici, & cognoscuntur ab Inqui-
sitoribus, ex abuso scilicet sacramenti. Bord.
in man. consult. scilicet. 25. n. 122.498 Sollicitatio igitur, quæ onus denun-
ciationis parit, est tentatio à Confessario ad-
vertis pénitentem facta ad in honesta. Ad
in honesta tentare dicitur provocando, invi-
rando, aut alluciendo verbis, aut signis de se
ocordatis ad actus venereos. Signa sunt oscula,
tactus impudici etiam sui ipsius Confes-
sarii, tactus mamum pénitentis sine causa,
missio oculi manibus, studiosa compresio
pedis, aut oculi, & similia signa amatoria,
quibus amantes uti solent ad in standum,
aut allucendum aliquam personam ad sui
amorem.499 Quod est verum, etiam si sollicitatio
fiat per signa venaliter in honesta, nempe le-
vites indicativa amoris lascivi, quia licet ta-
les actus sint ex se leves, ex circumstantia ta-
men temporis ministrandi Sacramentum,
cum qua sint conjuncti, sint graves, & mor-
tales; ac proinde parunt onus denunciationis.
Leand. cit. q. 12. Diana p. 10. tr. 14. ref.
44. contra Soufa, Castrop. & Tancredi de
pœnit. tr. I. q. 10. tom. 4. dicentes, non esse
denunciandum Confessarium, si pénitentem
tactibus ex se honestis tangat solum ex
circumstantiis venialibus, & pénitens
cognoscat

cognoscat Confessarium non habere animum ulterius progrediendi, nec ipsam habere periculum consentiendi in grave peccatum; quia excommunicatio major in edito fulminata non fertur, nec ligat, nisi propria mortali. At hoc fundamentum ruit, quia huiusmodi actus, aliis leves, esse graves ex circumstantia ministerii probatum est in tomo 1. de vita.

Adonus denunciandi non requiritur, quod sequatur principalis effectus, per sollicitationem intentus, aut quod persona sollicitata consentiat; sed sufficit, quod sit attenuatus, ut constat ex verbis frequentibus Bullæ:

Solicitare, vel provocare tentaverit: v. m. 547.

Q U A E R E S.

500 *Confessarius in confessione mulierem, quae de tepido mariti amore querebatur, docuit artificia, pluresque modos in honestos affectivos, & remedia quedam applicanda rati, pariter ad allisciendum maritum. An si reus sollicitationis, & denunciandus?*

R Eip. affirmativè; quia docuit meretricia cum alia perpetranda. Item quia locutus est provocativa ad motions carnales in se plis.

C A P U T V.

De quarta Clauſula

Ere inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda.

501 *Poteſt Confessarius penitentem sollicitare ad in honesta, sive fecum, sive cum aliis habenda, gerendo munus infamie lenonis. Uno autem, aut altero modo sollicit, est denunciandus. Etiam si penitentem sollicitet, ut ipſa cum aliis mediet pro fornicatione. Et Com.*

C A P U T VI

De quinta Clauſula

In actu sacramentalis Confessionis, vel post immediate.

502 *Quid sit sollicitare in actu sacramentalis confessionis, vel post immediate, Quid vero sit ante, vel post immediate, difficultas, quæ declaratur per figuram,*

Ex vi Bullæ Greg. non est demum Confessarius sollicitans in alijs locis, nempe in administratione Baptismi, Matrimoni, &c. quia nulla de iis hi resiliuntur 4. par. tr. 5. ref. 16. Leander in p. 1. qui advertunt, cum esse denunciandum periori, ut corrigitur, ut abusus summi, ob quod est suspicetus de heretico.

Q U A E R E S I

503 *Confessarius post auditum confitentem mulieris accedit ad ejus domum, et aut in itinere illam sollicitat. Ad quem andus?*

A Ffirmat Lezana in summ. q. 19. n. 34. Peyr. & Hurtado in nota qui praesertim ait, peccatum cum i Confessario cum penitente committitur 24. horas post confessionem, efficiuntur nunciationis.

Negative respondeo cum Leandro in 28. Diana, Catrop. & alius. Ratio est, non sollicitat in actu, aut in loco confessio, nec timulat confessionem, ut credo nec ex pretextu confessionis, quandoque confessio non fuit velata, sed raro occasio ne confessionis; quia occasio confessionis dicit invitationem, atque cum provocationem ante actionem confessionis, 509. quia non habentur in casu. Et hoc